

1553. 21 Aprilis.

479  
Ex Archivio Cap. Varmie

Stanislaus Hosio.

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus  
Dux Lithaniae, Russiae, Prussiae &c. Dominus, et Haeres.

118

Reverende in Christo Pater sincerè Nobis dilecte. Oblata est Nobis per  
hocce dies ducenda Uxoris Serenissimi Domini Romanorum Regis  
Filia, quae fuit antea Coniugii Illustrissimi Ducis Mantuae, occasio.  
Quod cum ad hos Senatores, qui Nobis praesentes aderant, nec dum  
in suas domos è Comitibus discesserant, retulissimus, omnes unà voce  
orare, et obsecrare ceperunt, ut voluntatem Nostram non modo ad ea,  
quae à Serenissimo Domino Romanorum Rege ultro Nobis offerentur,  
sed etiam ad Subditorum Nostrorum vota, et Regni totius utilitatem  
accommodaremus. Quamobrem Nos qui ejusmodi opinionem de Nobis  
in animis Subditorum Nostrorum relinquere vellemus; ut non tam con-  
solationis Nostrae ex relicta posteritate, quam illorum, et Ditionum  
Nostrarum utilitatis cupidi esse videamur. Consiliis, et precibus Sena-  
torum, quos supra commemoravimus, et iis, quae Nobis à Serenissimo  
Domino Romanorum Rege proposita sunt, standum esse duximus, atq;  
id Paternitati Vestrae significamus. Tum vero quoniam Dies Nupti-  
is secunda Julii dicta est; eam hortamur, ut pro observantia erga Nos  
sua Cracoviam ad id tempus veniat, et ita se comparet, ut Dignita-  
ti Nostrae, et expectationi sui respondere videatur, quae bene valeat.  
Datum Cracovia 21 Aprilis Anno Domini M. D. L. III. Regni  
Nostrae M. IV.

Et Commissione Sacrae  
Regiae Majestatis propria.

Reverendo in Christo Patri Domino  
Stanislaus Episcopo Varmiensis sincerè  
Nobis dilecto.

Na klub do Wrahowa przybył. Wropryca Lewoza uspatli wstępy  
Senatorskie przybani dwemi.

Domestica. Ducenda Uxor Austriacae Caesaris.



at London

London

London

Faint, illegible handwriting covering the main body of the page.

Faint, illegible handwriting at the bottom of the page.

London